

N.º 7.

B V L L A
CANONIZATIONIS
SANCTI FRANCISCI
X A V E R I I .



C V M L I C E N T I A

Madriti, apud Franciscum de Ocampo,
Anno M.DC.XXXV.

ALL INFORMATION CONTAINED
HEREIN IS UNCLASSIFIED

DATE 02-03-2014 BY SP2 JAS



VRBANVS EPISCOPVS SERVVS seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ratione congruit, & conuenit aequitati, ut ea, quae de Romani Pontificis prouidentia processerunt, licet eius superueniente obita literæ Apostolice defusa per confessæ non fuerint, suum debitum consequantur efficiū: Dudum siquidem ferek: Gregorius Papa XV. prædecessor noster piè præmeditans, quod virginitus, & coternus æterni Patris Filius, cum de regalibus Sedibus in hunc mundum, & salutem humani generis operaretur, descendisset, semen bonum verbi sui in agro Orbis terrarum seminaverat, ut omniam coelestium virtutum, & ad extremum exter næ vita fructū credentibus germinaret, quodq; cum prodigiis diuinæ huius segetis incremento pretiosissimum sanguinem suum, ignotiniam Crucis voluntariæ subiens, effudisset: ac perfectodemum opere, ad quod missus fuerat, super omnibus coelorum sublimitatibus ad dexteram Patris in seculum. sum æternitate confessus ascendisset, plurimos seruos, & amicos suos in terris reliquerat, qui laboribus, vigilijs, atq; ad ipsius exemplum proprii sanguinis effusione, diuinâ hanc excolentes semetem, messem quam uberrimam in horreum eius congregarent, eiulque fines eo viisque dilatarent, donec iuxta promissionem Patris omnes gentes, & termini terræ, darentur ei in hereditatem, & possessionem. Et quomodo verbum eius semper à generatione in generatione prosperatū esset,

erit. Attamen, quando ab origine temporibus p. c. usq. ad hanc
eum bene placitius tempus adhuc erat, vt abundate face-
ret, quia si librum invenirentem misericordiam suam magnam
super virgatum semen filiorum Adam, gloriamq; Crucis
Iesu vbi ad ultimum terra, & in mari longe non pagaret, ve-
re admirabilis facta erat potentia ipsius, cum reuelatis in-
cognitis ante tribubus, & linguis, ac populis, & nationibus
messium magnam atq; vberem aperuerat, atq; in ex opera-
tios multiplicauerat, tantaq; fructu abundantia labore
eorum compleuerat; vt ipmis annunciantibus Euangelicæ
prædicationis sonus, vbiq; ad extremos Orbis terrarum fi-
nies penerat, & a solis ortu vbiq; ad occulum, ab Aquiloni-
& mari, magnum nomen Domini Dei nostri in uniuscūs
gentibus redditum esset.

Inter eos vero, quos ad perficiendum voluntatis sua
Sacramentum in tantum gentium vocatione Dominus
præordinalicerat, egregius Seruus eius F R A N C I S C U S
X A V E R I U S NOVVS INDIARVM A P O S T O L V S
gloria sanctitatis, & sacrorum splendore, præcipue emi-
auerat, qui cum à iuventute sua perfectè coram Deo ambu-
lasset, spretisque, ac concubatis diuitijs, ac loculi dignita-
tibus, ac lemetipso iuxta Verbum Domini abnegato, anima
suam pro nomine Domini nostri Iesu Christi tradidisset, di-
gnus immensus era, qui à Spiritu Sancto in tam insigne opus
assumeretur, ac tanquam aliorum Dux diuina prouidentia
constitutus, a postolicis charismatibus affluenter decorare-
tur, etiam ob signa Apostolatus, quæ in eo in omni patientia
in ignis, & prodigijs, ac virtutibus, manifesta facta erat, no-
varum gentium Apostolus vñanimi totius Christiani Orbis,
consenserat appellari: ac propterea decebat, vt tan-
cum Dei famulum, qui pro gloria eius, & asinorum D. N.
Iesu Christi sanguine redemptarum salutem inumeros, ma-
ximosque labores, atque erumnas perpessus erat, in gentia-
que terra maris, subiacerat periculisque Deus adeo magni-
ficaue-

fici fuerat ut nomen eius honorabile esset apud omnes gen-
residem Gregorius prædecessor pro suo pastorati munere
verè Sanctum, & electum Dei, in militanti Ecclesia deci-
raret siusque virtutes, tanquam eximias, & precellentes,
vniuersas Christi fidelium imitandas proponet, vt populus
Christianus actiones suas ad honorem Dei (ipius exem-
pli) diligens, cum apud Deum, & Dominum Iesum Christum
in eius successu atibus habere mereretur intercessorem.

Atque ut omnes Christi fideles promptius ad laudandum
Deum omnipotentem, secundum multitudinem imaginem
dinis eius, exortarentur, deuotionisque ardor erga tantum
Dei famulum augeretur; dum eius in terris coelestem, &
laudabiliter actam vitam Orbi terrarum explicaret, & pa-
tiefaceret in primis, & ante omnia premitteret. Quod na-
tus erat in ignis hic Dei seruus Nauarraz in oppido Lautorio
Pampilonen dioecesis maternæ ditionis loco nobilibus, ac
suis progenitoribus: qui cum ipsum ab infancia timere
Deum, ac ab omni peccato abstinerere edocuerint, ubi aer-
dem adoleuerat. Luetiam Parisorum, studiorum gratia
eundem miserant. Quibus cum alacriter operam daret, potest
haud multum temporis de eo domum reuocando patre co-
gitare cooperat, quod cum eunc in humana agens Maria
Magdalena eius soror, quæ Monasterium monialium oppi-
di nuncupati Gandie Ordinis Sanctæ Claræ dicalceata
nuncupatum Valentia dioecesis, non sine ingenti sancti-
tatis fama tunc regebat, praefensisset, fratri vocatio ne in di-
uinitus edocta per literas cum patre vehementius egerat,
vt Francisci studia omni ope etiam cum rei domesticæ
detrimento fouveret: eum enim incognitarum gentium
Apostolum Divina prouidentia præordinatum esse prævi-
debat.

Quia Lutetie cōmoraretur, in familiariitatē Sæpti Ignatij
infatuatos, ac postmodum in Sociū ipsos, qui id ardentibus
precibus ad Deo adiugere Ecclesiæ utilitatē præstandam po-

reuerteret; adseripit; quoniam Duce ingressus erat arctam
viam, qua ad vitam discerbat. Ut omni spiritu viuificaretur,
carnem suam ad antiquorum suorum Patrum exemplum
severissime mortificauerat. Interdicto enim sibi non solum
carnis, & vini sed panis etiam tritici vnu, vilibus tantum
modo, ac infulsis cibis, ijsq; quam percissimè vnu erat. Quia
eratiam frequenter integro bido, triduoq; ab omni cibo pro
fus abstinuerat. Aliquando vero omnes maioris hebdoma
dæ dies, vñq; ad Sabbathum Paschatis ieonus transegerat,
sonnoque breuissimo vires reficere consueuerat, humi, vel
lectulo vilissimis stragulis contexto iacens. Corpus suum
ferreis flagellis adeò diuerberabat, vt sepe copiosus san
guis efflueret. Aliquando autem funiculis strictissime con
strictis lacertis, & coxendioibus iter aggressus erat. Cum
que plures dies in eo cruciatu porfeuerasset, vincula adeò
corpori eius infixa erant; ut præ doloris magnitudine viribus
destitutus in via concideret, ac nisi præcipuo Dei beneficio,
absque illa humana ope disrupta fuissent; de eius vita omni
ne desperatum fuisset. Quam præclarè vero in eius animo
reliquæ Christianæ virtutes effulsiſſent; quam potenter scru
to fidei protectus omnia nequissimi ignea tela extinxisset,
& quam si mitis in Deo sperasset: & Sacramentorum fre
quentia, quibus non solum semetipsum, sed & alios etiam
summa cum devotione, ac indefessa assiduitate paccebat: &
Verbi Dei absidia prædicatio, qua tam ingentem Orbiter
tarum partem illuminauerat, insigniter attestabatur. Sed
inter egeras eius virtutes, quasi fides in institutum præcipue
resplenduerat charitas, qære in omnibus quidem eius actio
nibus, praesertim tamen, cum ægretis inferuireret, manifella
batur eo etenim dilectionis ardore erga inopes infirmos,
qui in domibus hospitalibus morabantur, i.e gerebat, vt ra
re ab eis discederet, tanq;que sensuum mortificatione quâ
tumatis torpidissima ministeria peragebat; vt aquam sèpius,
qua horribilia, & incurabilia vicera lauerat, cibisq; flet. Cum
vere

Sed de vita periclitante non erat cibi somniq[ue] opif[us] obli-
 us, & propter proprias vites à Deo confortatus, veluti à
 commissa custodia accedit, nec nocte discedebat. Illi que
 sanctissima Ecclesia Sacramenta canentesque spirituales
 alimonias prebebat. Quæ adeò libenter, atque hilariter
 exequitur, ut delicia eius deservire ægrotis, ac morien-
 tibus, eff[us]t dicentur, & quia siquid talentum sibi Diuina
 benignitatis munificencia creditum negotiareret, absiuam
 hanc erga ægrotos curam, ac vigiliam totum vitæ suæ tem-
 pore ubiquecumque moraretur, exercuerat. Sed & per ean-
 dem charitatem, quæ per Spiritum Sanctum diffusa erat in
 corde ipsius, adeò ad Deum accedebat, tantoque spiritus
 furore in oratione perseverabat, ut huiusmodi cibo inten-
 tus, quo interiorem hominem edificiebat, auctes integras
 transfigere: nec cum in nau[is] esset, atque in aperto viro dili-
 mine, in summis tempestatibus versacetur, desisteret, aut
 quicquam animo commoueretur: fieretque aliquando talis
 super accidens mentis excessus, ut oculis in cœlum defixis Diu-
 na via terrae leuassetur, rultu adeò inflammatus, ut Angelis
 cam per se charitatem representaret: nec Diuini amoris
 perferre valens incendium, sepius exclamarerat, satis est. Do-
 mine, satis est. Cum vero sacro sanctum Missarum celebraret fa-
 crificium, se penumero à sensibus usq[ue] adeò abalienabatur,
 ut nec ministri vestem succurrentes, nisi post diuturnam mo-
 ram eum excitare possent. Qui retiam aliquoties altius cu-
 bito. à terra elatus, ab uniuersitatestantium multitudine
 miraculi magnitudinem obfluoscente, ac Serui Dei sancti-
 tatem suspiciente conspectus fuerat: nec solum vigilans vir
 Sanctus D[omi]n[u]s in corde, & ore habebatur sed & dormiens in
 ipso requiecebat: frequenter enim in seminis Sanctissimum
 nomen I E S V cum summa mentis ducedine proferre au-
 diebatur. Cumque tam singularibus florenter virtutibus, at-
 que in dies à Deo potioribus augeretur munieribus; non mo-
 do non extollebarus, sed crescebas in eo semper virtus hu-
 militatis:

¶

mille reliquias huius minima auctoritate officia sacerdotum tamen
quam oratione pollicentur. Etiam Venerabilis peregrinatio per
moris ac fidibus vobebatur; stipulisque quendam dedicatio
erat. Unde etiam utruncunque cuiuslibet sacerdotio Episcopatus
modo, sed Sacerdotes quoduscumque Sancto vero Ignatio, tunc
Proposito suo, non nisi fieri e gaudibus scriberet. Hoc esse ve-
niac laudes hominum deo honorebat, ut amplissimam Apo-
stolicam Nuncij dignitatem, que instrutus in Indias a Samothe
Pontifice missus fuerat, quam studiofusione occultaret, nec
enim semel ea possellare (necessitate coactus) vobis fuerat.

Ceterum tantum vir insigne studium a Deo contigit
tus erat, in quo glorie, vbiq; ad consummationem eiusus, &
coenam iustitiae, decessaret. Cum etenim clavis ipsius Iohannes
Iustitiae Regis piz me. Paulus Papa II. tunc dicti Grego-
rii, obsecrata nostro respectu predecessore, nonnullos
ex Ignatii sociis pastulatet, quos ad Orientales Indias, ut
in variis illis regionibus verbum Dei disseminarent,
transmitteret. Id est Pontifex Sancti Ignatij hanc ut ad talia
opus peragendum Franciscum Xaverium elegerat, quem
etiam Apostolicci Nuncij dignitate, & amplissima potestate
decoraverat. Cumque viae ci nomiae plurima ei a Pretore
Regio pararentur, homo qui pro viatico, ac pera de Dei be-
nignitate, in cuius Euangelij opus segregabatur, presumebat;
nunquam adduci potuerat, ut qui cquam præter vilissi-
mum ostendens acciperet; & in vani super funem nauticam
dormirebat, ac emendato viuebat; & rotis in vilissimis rai-
nib; illi defesa charitate noctu, diuque seruebat.

Istud enim ut periret, statim a cuncto quidem reponeretur
ad quietem post longissimam, ac difficillimam navigationem
sumpto, ad predicandum illis gentibus Euangelium se acci-
xerat, & in iugis virtute ex alto, Apostolico spiritu feruore
impulso, quod fortiter erat, tanto cum fructu exequabatur
enarratio De efficaciter verbis ius cooperante, non solum
Christianorum mores depravatos ad meliorem surgem
missum.

passim totū Orientē reuocat; sed multa centena hominū
 millia, qui in tenebris, & in regione umbra mortis ambula-
 bant, ad agitionem veræ lucis perdauti, regenerationis la-
 uacri mundarentur. Nam præter Indos, Brachmanes, & Ma-
 labares (in quorum Regnis Apostolica prædicatio, quæ an-
 tiquis temporibus illic viguerat, sed hostis humani generis
 fraude ex omnium memoriæ prorsus abolita erat, Xauerij
 prædicatione reuixerat.) Ipse primus Parauis, Malais, Iais,
 Achenis, Mindanais, Malacensisibus, & Iaponibus Euāgelium
 Christi annunciauerat, multiq; illarum nationum Reges, &
 Magni Principes, ingenti cum Fidei nostræ emolumento,
 suauit Christi iugo colla subdiderant. Incredibilia autem vi-
 debantur, quæ propter nomen Domini nostri Iesu Christi to-
 lerauerat. Per diuersa etiam Regna in vastis illis Orbis ter-
 rarum spatijs semper pedibus etiam sepiùs nudis per arenas
 calidas pergebat, per spinas longissima itinera conficiebat,
 contumelijs saepenumero, probris, & illusionibus, quia etiam
 verberibus, & lapidibus appetitus, in periculis horum, in pe-
 riculis itinerum versatus, læpe naufragus, vigilias, frigus, &
 nuditatem siti in, famemq; pérpetuus erat. contractis ob aisi-
 duos, ac intolerabiles labores grauiissimis morbis. Nec enim
 (Apostoli exemplo) animam suam faciebat pretiosiorem,
 quam se, dummodo consummaret cursum suum, & ministrari
 verbi, quod acceperat, testificari Euāgeliū gratiæ Dei:
 signa verò, & prodigia, quibus Dominus Apostolorum suorū
 sermonem in nascentiis Ecclesiæ exordijs confirmavit, ad it-
 lius novæ sobolis incrementum; in manu etiā serui sui Franci-
 cisci misericorditer renouauerat. Subito enim à Deo diuer-
 sarū, ac incognitarū gentiū linguas, quas nō nouerat, edocitus
 disertissimè, quasi in ijdē terris educatus esset, loquebatur;
 & acciderat quandoq; vt eum ad diuerzarū nationū populos
 coacionē habētem vnuquisq; eodē tempore lingua sua, qua
 natus erat, magna Dei loquentē cū stupore, & extasi au-
 diret, eoq; miraculo multitudine magna commota recipere
 verbum Dei.

Hinc post præmissa ad Christi fidelium ædificationem aliqua ex insignioribus prodigijs, quibus prædicationem, & gesta ipsius Dominus illustrauerat, recenseret, & primo illud memorandem videbatur, quod cum numerosus. Badegarum exercitus in exitium Christianorum à Francisco baptizatorum immineret, atque omnia atrocitatis exempla se in Christianos editurum minaretur; Ipsi solus Fide armatus, procedens obuiā ac seuerè eorum impietatem increpans; steterat illico immobili vestigio vniuersus exercitus deterritus, vt milites, Duceſq; referebant, ab homine quodam magno nigris vestibus induto, qui iuxta Franciscum stabat, cuius maiestatem, ac splendorem vulta oculi q; micantem ferre non poterant. Itaq; vir Sanctus, quos Christo peperrat, à cæde ac direptione liberauerat. Successiuē apud Comorinum Promontorium, cùm in quadam Ecclesia seruus Dei infidelibus concionaret, ac propter duritiam cordis eorum nihil proficeret, facta oratione, iulsi sepulchrum, in quo pridie defunctus tumulatus fuerat, aperiti, ac populo significans, ad comprobandum Christianæ Fidei veritatem, mortuum illum Dei voluntate rursum victurum, linteo, quo cadaver inuolutum etat, resciſſo, ac rursus precibus ad Deum suffis, mortuo, vt viueret, imperauerat, qui statim stupētibus omnibus surrexerat viuis. Quo tam insigni miraculo commoti qui aderant, tum alij multi crediderunt in Deum. Eodem postea loco mendicus quidam Beato viro occurrerat ulceribus plenus, cuius plaga Ei anciscus magno charitatis affectu lauās, atq; aquam, qua eas lauerat, cibens, ac deinde Deum Patrem misericordiarum, vt illius pauperis miseretur, orans, è vestigio ab omni plaga, atq; ulcere Dei munere pauperi pie omnino liberetur exorat. Sed & puer quidam Mutani in Orientali India pestilenti febri vita subiactus, ac linteo insitus de morte gentis viginti quartuē horis affrictus, flentibus parentibus ferebatur ad sepulchrum: quos vt vir Dei vidit, misericordia motus super eos,

ēos, Deum omnipotentem, ut puerum vivificaret; genibus flexis precatus fuerat, atq; aqua benedicta aspersū, resciſſo linteo, signo Crucis signauerat, apprehensaq; manu eius, in nomine Domini Iesu Christivium, atq; in columnam parentibus restituerat. Erecta in illo loco, ad tantæ rei memoriam conseruandam ab incolis magna cum celebritate Crux. Et successiū apud oppidum Combuture in Ora Piscariæ puer alius in puteum delapsus, suffocatusque maximo cùm matris, & cognitorum eiulatu efferebatur; cumque ex proxima Ecclesia Franciscus occurrit̄; misertus eorum, ingenua prouolutus, oculisq; in com fixis, Deum pro vita pueri precatus, cum apprehensa manu in nomine Domini nostri Iesu Christi surgere iussit, & confessum puer surrexerat viuus, quem Sanctus vir reddiderat matri suæ, stupētibus omnibus, ac maximo cum clamore Deo gratias agentibus; quibus ipse precepit, ne cui rem gestam narrarent. Insuper dum in Lapponia insula Franciscus Christi fidem prædicaret, accesserat ad eum mercator quidam à multis annis cœcus, petens uisiblē Deo, ut videret, impetraret. Franciscus, recitato super eum Euangeliō, signum Crucis oculis eius impresserat, qui eodem tempotis momento lucem amissam recuperaverat. Postero verò die reuersus ad eum, cum uxore ac uniuersita familia, genibus aduolutus gratias agens, & Christianam fidem professus ad Baptismi gratiam uinā cum suis omnibus peruerenerat. Exierat autem tam illustris miraculi fama per omnem terram illam, ac multi, relictis Iddolis suis conuecerant ad verum Deum, & Iesum Christum filium eius.

Cumq; seruus Dei ad Sinas in magna nauि, qua quingenti vehebantur, nauigaret, cessauerant adeò venti, ut quatuordecim diebus nauis eodem loco hæsiſſet immota; Cumq; inter cæteras difficultates aquæ penuria valde laboraretur, multique iam siti desicerent; vir Sanctus omnia nauis vasaria aqua impleri iussit, fusisq; instanter ad Deum precibus, super ea signum crucis fecerat, ac repente aqua illa falsa

fallax, dulcis, salubrisq; effector erat, quo miraculo plures, qui
in nauit erant, infideles crederant in Deum, quin etiam
aque illius, que abunde superfluerat, potu plurimi per multas
Indiaum Provincias varijs, quibus vexabantur, morbis fa-
fati fuerant. Ad eosdem Sinas contendens, cum seuisima
orta tempestate omnes de se actum esse existimarent, Gu-
bernator nauis ne repentinaz vis procellæ scapham auferret,
validis eam rudentibus ad onerariam alligari iussisset; non
multo post abruptis retinaculis, scapham tempestas abfule-
rat tanto impetu, ut pene temporis momento omnium con-
spectu effugisset, & prout quisq; cognatos, & necellarios in-
scapha habebat, certatim eoru casum deplorare ceperant.
Franciscus ergo vniuersos collacrymantes bonu eoshabere
animu iussitat, ac predixerat fore, vt ante tridu filii reme-
ret ad matrem, significans scapham, ad onerariam redditum, prout
Deo dante apparere visa fuerat, & recta ad onerariam iedere
& spote ad illius latus accedere, atq; ita apte se applicare, ut
illi omnes, qui in ea erat, comode excepti fuissent, que etiam in-
medijs fluctibus, nomine illa retinente, tardi steterat; quoad
religaretur ad navem, attollitis omnibus ex miraculo rema-
nentibus. Ad Moluchas insulas etiam Franciscus aduenerat,
vbi magno spiritus feraore verbum Dei primus annuntiabat,
atq; in Urbe Tolo vigintiquinque millia hominu basizauer-
rat, qui cu basu Tyranni cuiusdi Christi fidem deferuerant,
Ecclesiæ solo æquassent, Cruces, Sanctorumq; Imagines co-
fregissent, & conculcasserent: Franciscus zelù Domini zelatus
viginti Lusitanos, ac quadringentos c'rciter indigenas ad vi-
tione tanti sceleris incitauerat, eoq; Duce, ac victoriæ spon-
fore, eam patua militu manus aduersus Urbem munitissimam
Christi rebellem expeditione aggrediebatur; sed cum prope
Urbem peruenissent, substiterat vir Dei, ac oratione se dede-
rat, statimq; vicinus mons in agnū emiserat incendiū, adeoq;
ingentem cineris, ac punicū vim eructauerat, ut Urbis-
atq; arcis, que in edito sita erat, muros æquaaseret, horribilisq;
propterea terremotus totam Urbē concusserat, plurimisq;
domos

domos subuerterat; quibus malis exterriti incelerat, defensas
Urbe, in proximas silvas confugerat. Vrbs itaque a Francisci
militibus facile capta erat. Ciues vero ad eius pedes prostra-
ti, acceptaque salutari penitentia delicti venientia impetravantur.

Viterius, cum inter eas eum in insulas Franciscus nauigaret, ac
sauissima orta esset maris tempestas; ad eam sed etiam Crucis
fixi imaginem, quam collo apositam gestare solebat, vnde
immiserat, quae vi procellarum in manibus excussa, in profundum
maris, non sine magno eius mortore delapsa erat, sed letifi-
caverat Dominus animam ferui sui, nam cum ad terram apli-
catus esset, ac fecerat lites hanc faceret, iustus cancer ex un-
dis subito prostratus arat, ante pedes ipsius steterat, tandem
crucem morsibus elevatam petens. & Franciscus in genua
prouolutis eam deuotè suscepserat, ac diurna oratione ob-
tam egregium munus Deo gratias eggerat.

Prophetice etiam spiritu Deus se uenit suum, quem in ueni-
genti uidebat, illuminauerat, atque adeo insignem donum plu-
rimis manifestauerat exemplis. Atque inter coetera cum Aceni
populi, inter quos & Tercæ erant multis exaginta nauium classe
vecti, Christianorum naues concrenassent, ac multos cru-
delissimis supplicijs affectos enecarent, ducenti ac triginta
milites in octo naues distributi, Francisco suudente, ac in no-
mine Domini exercitu victoriæ promittente, classé bar-
barorum intecuti erant transactoq; iam mente, cum nullus
ab ipsis nuncius adueniret, consternatis omnibus, iamq; de-
coiuem suorū salute desperantibus, Franciscus in ipsa confli-
ctus hora classium congressum, ac insignem Christianorum
victoriæ, haud secus, ac si præfens esset, in concione narra-
uerat, ac diem quo tanta rei Nuncius aduenturus esset, pre-
dixerat. Quæ omnia cum ingenti omnium admiratione, eo
ipso, quod uelignarat tempore certis nuncijs approbata fuerat.
Quæ due naues eodem tempore à portu sollaissæt, predixerat. Præ-
dictus, suborta magna in mari tempestate, alterū naufragiū
passurā, alterā vero (et in hac ipse reperiebatur) extra omnes
maris periculū in Nauali dissoluendam; quam prædictionem
vniuersi.

vtriusque ex iis contrebusterat, cum alterius fragmenta non multò post conspecta fuissent, altera verò multis tunc peractis irameribus, cùm publicato vaticinio, Sancti Patris maius vocaretur, ac ubique appelleret, cù planū exciperetur, demanda post multos annos in Nauali, ut reficeretur, subducta sponte corruerat.

Graffante quoque pestilentia in Lusitanorum, ac Hispanorum classibus, quæ ad Amboinam insulam appulerant, cù Sanctus vir egrotis de more ministraret, à Ioanne de Araújo, vt vinum sibi ad eorum usum elargiretur, petierat, quod Araúsius grauatum, timens ne sibi decesset, miserat, quem Dei seruos admonuerat, ut in charitatis operibus largior esse vellet, breui etenim fore, vt vita defungeretur, eiisque omnia bona in usum pauperum cedereat. Cumq; post non malum temporis spatium ad Ternatim insulam, quæ ducentis amplius miliaribus à loco distabat, aduentasset, ac Missæ sacrificium celebraret, versus ad populum, Orate (dixerat) pro anima Ioannis de Araújo, qui modo expirauit, stupentibus omnibus, post duodecimum demum diem superuenerat, qui visionem Sancti viri verissimam fuisse, nunciata Araúsi mor te declarauerat.

Mercatoricuidam Meliapore discellum, ac munusculum aliquod tanquam benevolentie signum à se postulanti, Seruus Dei Beate Mariæ Virginis coronam precariam è collo detractam elargitus erat, affirmans fore, vt quandiu illam penes se haberet, ab omni maris periculo incolomis esset euasurus. A portu iraq; mercator soluens naufragium fecerat, cumq; in tabulata ex lignis raptim composita cum nonnullis alijs vectoribus exiisset, in alto mari alienato à sensibus animo visus esset sibi cum ipso seruo Dei Fräscico in e loco, in quo coronam precariam prefatam acceperat, colloqui. Quinto demum die, ex quo decesserat in illa tabulara, ab ea animi certasi, velut ab alto somno expperctus, cù nequit subulata, neq; socij viquam comparuisset in litore, Nagapatani

patani prope Mellaporem satinū, & in columnē se repererat.

Petro Vellio autem, qui summa voluntate in quoddam charitatis opus pecuniam viro Dei elargitus fuerat, promiserat, fore, ut nunquam ei necessaria deessent, ac mortis horam diuinitus praecognosceret: quorum vtrumq; acciderat, nam quā nūis Petrus maxima perpessus esset rei familiaris detimento; semper tamen ab omnibus summi liberalitatem expertus erat, ac transactis demum multis annis, reuelata sibi mortis hora, se in Ecclesia in fere retro compo- suerat, auditāq; Missa, ac precibus, quas pro animæ sua salutē recitari iussérat, ibidem statim in pace obdormiuerat.

Demum vir Dei consummato feliciter peregrinationis suę cursu, fama sanctitatis clārus, & bonis operibus plenus, cūm ei benedictionem Patriarchæ Abrahæ Domitus spir- tualiter elargitus esset, vt multarum gentium pater effice- retur, & filios, quos Christo Iesu genuerat, super stellas cœli, & super aream, quæ est in littore maris, multiplicatos videret & ex eis plurimos proprio sanguine laureatos ad cœlestia Regna premisser; Orientalium INDIARVM APOSTO- LVS ab vniuersis Indiæ Regnis, totoq; Christiano Orbe ap- pellatus, dum aditū Euangeliō in vastissimo Sinarū Imperio quærebat, assiduis laboribus, quos vltra humeras vires pro- gloria Dei tolerauerat, confactus, in Insula propè Sinas, die secunda Decembris anni Domini millesimi quingentetiū i quinquagesimi secundi, ad cœlestem gloriam, perpetuo cum Deo regnaturus euolauerat. Defuncti corpus via a calce per- fusor, vt ex ea carne, ossa in Indianis exportarentur, inclu- sumq; arca lignea sepultū fuerat, quod post quatuor menses effusum ita recens, ac tractabile, vestimentilq; adeò integris ac si nuper esset tumulatum: repetum extiterat; & quamvis nullo odoramentoru genere curatum fuisset; Divino tamē in nente eam odoř fragrantia spirabat, vt eis et super omnia aromata: calce itaq; rursus iniecte, Mal'acamq; (in Orientali India Vjbs est celeberrima) delatum extiterat; in qua cur- jxii.

fruivisima pessima plurimos quotidie conficeret, ingenti beneficio etiandem cum eis. Deus insignierat, nam in loco corpore in Urbe in illato adeo omnis contagio desierat; vt ea deinceps nullus omnino corruptus fuisset. Arca itaque rursum aperta, integrum fiscat antea, eademq; odoris suauitatem diffundens repertum etiam fuerat. Cumq; in novo loculo conderetur, ex humero, ob arcule breuitatem paulum cōpresso recens sanguis effluxerat. Nono demum post obitum incense, sepulchro iterum patefacto, rursus, vt antea, diuina virtute à corruptione immune, ac eccelestibus perfusum aromaticis insucentum, velo quo facies eius operta fuerat, ob ingens terrae pondus recehiti, crux cōsperso, noua itaq; arca secura, aurea q; veste contexta pretiosissimum pignus inclusum in Indiam ad Coccini portum delatum erat, confluentibus vndiq; ad hos orandum communis in Christo Iesu Parentis corpus plerimis earum gentium populis. Inde Goam insigni celebritate translata ad Prorege, ac omnibus ciuium ordinib; maxima frequentia, ac deuotione exceptum, & in Ecclesia Societatis IESV, vt populum deuotioni satisficeret, validis dancellis inclusum, omnium oculis per triduum expositem remanserat, eiusdemq; Proregis iufsu ab insigni medico, deindeq; à Vicario Goano visitatum, ac pertentatum, omni ex parte incorruptum, integris etiam intestinis compertum fuerat, in hinc etiam ex parvo inflicto vulnere reccati cruores.

Quo tempore cum mulier quedam, affectu deuotionis incitata, specie oscularis, pedis digitum, vt illum absclinderet, amorsu apprehendisset, statim sanguis effluxerat. Sed Altissimi benignitas non his modo mirabilibus sanctum suum in conspectu omnium populorum mirificauerat; sed omni tempore ingentia praestabat beneficia his, qui eius intercessione fideliter implorabant, vt plurimis exemplis, presentim vero infra inseritis manifestum erat.

Puer quidam Goz natus, qui utrumq; pedem à nativitate adeo

ad eò aridum; & crura siccata habebat; vt illis non posset infi-
stere, sed manibus reptare cogeretur ad Serui Dei sepulchrū
ab educatrice perductus, singulis novē diebus visitare statue-
rat. Cūq; votū cepisset ad implere tertia iāndie, qua sepulchrū
visitabat, puer in eius gremio existens repente ferream sepul-
chri cratē manibus apprehendens, suis flare pedibus, & am-
bulare ceperat, & statim omnino sanus evaserat, & intranc-
uem dies, ques promiserat, crura carne repleta fuerant; & sic
semper valens, & sanus deinde vixerat: Cottata Indiæ Ori-
entalis ciuitate vnius mensis infans mortuus ad sepulchrum cu-
ratus erat: voverant itaq; cum ingēti fide parentes, se in ligno
donum, si puer reuiveret, sepulcro fersi Dei oblaturos, ac Frā
eius in nomen ei impōsturos; repente infans aperite oculos,
brachia, pedesq; nouere, ac vagire cooperat, ac pale post non
vix um modo, sed & omnino sanum, atque in columem filum
recepérant, redditisq; cum ingenti gaudio votis, tam insigne
miraculum per totam illam regionem diuulgant.

In eadem Vrbe cōcō cuidam Sanctus per quietem appa-
ruerat, eumq; monuerat, vt ad Ecclesiam eius visitandū, oculorum lumen ibi recepturus pergere non diffirret. Paruerat
fideliter homo, ac dum per nouem dies ante Francisci imagi-
nem orabat, repente disculta omni cōcitatis caligine sanatus
erat & perfecte viderat.

Quin etiam leprosus quidam in eodem loco magna fiducia
ad sancti intercessionem configerat, proprioq; corpore oleo
lampadis, quæ ad eius imaginem ardebat, peruncto, dum pro-
stratus orabat, reperte à lepra mundatus, atq; omnino sanus effe-
ctus erat. Eandem virtutem experta erat Francisca Rebelles,
quæ a multo tempore sanguinis fluxum, ac ventris tumorem
cum ingenti dolore patiebatur. Lampassis enim ante eius
imaginem pendens identidem se oleo vngens, statim adeo
perfecte conualquerat, vt nullas amplius eorum morborum sen-
sisset reliquias: frequenter enim acciderat, vt lampades ad ean-
dē Serui Dei imaginē appenā aqua tamē benedicta infuse
haud secus, ac si oleo plenæ essent, arderent, lucerentq; stupen-

tibus etiam infidelibus, quos ad tantæ rei miraculum conspicie-
dum non sine magno fidei nostræ incremento Christiani inci-
tabant; cum frustra omnes medicæ artis opes expertæ esset
Gundisalvus Coccinensis ciuitatis incola, vt in ueterato can-
cri morbo, quod pectus eius assiduis doloribus vexabat, mede-
ratur; ad Diuinam opem conuersus, omnipotentis Dei miseri-
cordiam, vt se Beati Francisci meritis suum faceret, implora-
uerat. Imaginem igitur eius æte excusam viceri applicuerat:
eodemq; momento ab omni plaga in columnis evaserat.

Eiusdem Vrbis ciuiis Emmanuel Rodriguez pedes habebat vi-
ceribus plenos, ac ob neruorum contractionem adeo debiles;
ve illis insisterem non valeret, quibus malis etiā grauis. & pericu-
losi dyseateris, accesserat. Medicis itaq; de eius vita diffiden-
tibus, cum ad intercessionem famuli Dei Francisci reger con-
fugisset, eadem imagine corpus suum in formam Crucis signa-
uerat, & aquam, in qua eadem mersa fuerat, abiberat: talemq;
Divinæ virtutis senserat effectum; vt intra tridui tempus ab
omnibus morbis in columnis, integrum consequitus fuisse san-
nitatem; eiusdem metu. Serui Dei imaginis præsentem agno-
uerat virtutem Maria Diaz, septem etenim annis cæcitatem,
ac paralysim perpetua, signum Crucis debilitatis membris im-
presserat, ea quoq; eiusdem imaginis immersione aqua sanctifi-
cata lauerat; necdum septem præterierant dies, cum oculo-
rum lumen, ac terius corporis coeli dono acceperat incolu-
mitatem.

Hincq; factum erat vt cū tot, tantisq; signis seruū suū, omni-
potens Deus in brachio excelsò clarificaret, & per valuerum
iam terrarum Orbem tot mirabilium præconia longe, lateque
diffunderentur, ac propterea non solum Christi fidelium er-
ga ipsum deuotio magna susciperet incrementa, sed multorum
etiam infidelium corda ad agnoscendum Deum, & Dominum
nostrum Iesum Christum illuminarentur; Ioanne Luitaniæ
Rex præfatus, zelo deuotionis accensus inititerat, vt à diuer-
sis locorum ordinarijs super eius sanctitate, & miraculis pro-
cessus fierent. Qui cum diligenter munus suum expleuerint,

ac proecedentibus temporibus; omnia acta ad hanc sanctam
 Sedem transmissa fuissent, recol. mē: Paulus Papa V, etiam
 prædecessor noster, tunc suus, instante pro serui Dei Canoni-
 zatione etiam clame: Philippo III. Hispaniarum Rege Catho-
 lico deputauit bon: me: Horatium Lancellotum tunc Rotæ
 Auditor em, eoque ad Cardinalatus honorem sublimato, dile-
 etum filium Magistrum Ioannem Baptistam Coccinum, eius-
 dem Rotæ Decanum, & pariter bonime: Franciscum Sacra-
 tū tunc Archiepiscopum Damascenum, & Auditoris Rotæ Lo-
 cūtenentē, ac deinde S.R.E. Cardinalem, qui & antiquos pro-
 cessus examinarēt, & nouos auctoritate Apostolica faciēdos,
 quatenus ipsis videretur, decernērent, atq; omnia eidem Paulo
 prædecessori vna cum eorum sententia referrent, qui liberas
 remissoriales ad diuerlos Prælatos in Hispaniarū, Lusitanicę,
 ac Indiarum Regnis constitutos decreuerant, atq; ipsi interim
 in Curia nouos testes examinarāt. Cūq; p̄fati Iudices parti-
 bus suis perfuncti essent; eisdē Auditoribus processus à se cōfo-
 stos transmiserant. Qui omib⁹ summa cum maturitate per
 plurimum temporis spatium, vt negotij greuitas postulauerat,
 consideratis, ac perpensis; eidem Paulo prædecessori retule-
 rāt, iuxta canoniarū sanctionum deicta abunde constare
 de vita sanctimonia, ac eximijs virtutibus Servi Dei Franci-
 ci deg; miraculis, quæ tam eo viuente, quam post felicem
 eius obitum, eius meritis, ac intercessionibus Deus omnipo-
 tens operari dignatus erat, dignumque videri, si eidem pl̄ces-
 ret, vt in Sanctorum confessorum catalogo adscriberetur:
 Cum interim præfatus Paulus prædecessor humanitatis debi-
 tum persoluisset, & prædictus Gregorius prædecessor ad sa-
 crum Apostolatus apicē Divina prouidentia assumptus fuisset;
 ac pro parte charissimi in Christo filij nostri tunc sui, Phi-
 lippi IIII. Hispaniarum Regis Catholici instanter requisitus
 esset, vt negotium hujusmodi promouere, ac ad veteriora pro-
 cedere dignaretur, accederentque aliorum Principū, ac Præ-
 laterum, ac totius Indic⁹ Cleri, idem suppliciter exposcentium

preces; praedictus Gregorius prædecessor, vt in re tam graui-
ea, quæ decetbat maturitate progrederetur, prædictorum Au-
ditorum relationem ad S.R.E. Cardinales sacris ritibus præ-
factos, vt rursus totum negotium quæm diligentissimè dicoste-
rent, remisit. Quod cùm illi accu- E perfecissent, ac pro serui
Dei Canoni ratione omnes vnanimiter cœluerint bonum: Tran-
scitus Maria Episcopus Portuensis S.R.E. Cardinalis de Mô-
te nuncupatus totius processus summam, & suam, collegarum-
que sententiam, coram dicto Gregorio prædecessore, & venera-
bilibus fratribus nostris, tuc suis S.R.E. Cardinalibus, de ouo-
rum numero tunc eramus, in Consistorio suo secreto exposuit.
Quibus auditis, reliqui Cardinales ad vteriora fore procede-
dum, communis suffragio pronticiauerant.

Igitur, cùm in publico Consistorio quondam Julius Zam-
beccarius, tunc Aulae Consistorialis Aduocatus, plurima de-
huius Serui Dei vita, & virtutibus enarrasset, atq; eiusdem Hi-
spaniarum Regis Catholici preces pro eadem Canonizatio-
ne exposuerat, atq; vt ad eam procedere dignaretur, humiliiter
supplicasset, dictus Gregorius prædecessor, præfati Regis pie-
tatem, & Religionis zelum plurimum in Domino commédans
super tanta eosdem S.R.E. Cardinales, atq; Episcopos in Ro-
mana Curia præsentes consulturos esse respondit, atque inter-
rim Cardinales & Episcopos prædictos intimo cordis sui affe-
ctu vehementer in Domino horratus est, vt in omni humilitate
& lachrymis, in ieiunijs, & eleemosynis exposcerent ab eo qui
est via, & veritas, vt dirigete dignaretur gressus suos in semitis
suis, vt ingredieretur in veritate sua, vt quod beneplacitum es-
set in conspectu eius intelligere, & perficere, eo, auxiliante
valeret.

Sequenti itaq; semipublico Consistorio, ad quod non Cardi-
nales modo, sed etiam Patriarchas, Archiepiscopos, atq; Epis-
copos in Curia præsentes conuocari mandauit, præsentibus
que etiam sedis Apostolice Notarijs, necnon sacri Palatij A-
postolici causarum Auditoribus, cùm plurimade egregia virtu
Dei Francisci Xavieri vita, ac miraculis enarrasset, & quanta
infi-

in signis hic Dei seruus pro nomine Domini nostri Iesu Christi
percutiuit, quantoq; cum prouentus (Domino incrementum
dante) per incognitas nationes, verbam Dei disseminasset, ex-
posuit: commemoratis etiam instantijs, quæ coram dicto
Gregorio prædecessore tum à Rege Catholico, tum ab alijs
etiam Républicæ Christianæ Regibus, & Principibus siebant;
cum singulorum sententias requisit: omnes uno ore benedi-
centes Dæum, qui honorificantes se glorificat, seruum eius
Franciscum Xauerium canonizandum esse, atq; inter sanctos
Confessores adscribenda incensuerunt: Quorum omnium au-
ditio consensu, exultauit in Deo salutari nostro, gratias agens
ei, qui est gloria virtutis nostræ, in cuius beneplacito contra
omnes adversarias potestates exaltatur cornu nostrum: qui
Ecclesiun suam in diebus istis hæc lumine illustrare, ac nouo
patrocinio munire dignatus esset. Canonizationis itaq; publi-
cauit diem infra scriptum; eosdemq; fratres, ac filios nosires
paterna charitate monuit, vt bonis operibus inhærentes pre-
carentur Deum misericordiarū, vt super eos sereno vu tu respi-
cere, & eorum actiones ad voluntatem eius perficiendam di-
rigeret dignaretur.

Deinum peractis omnibus, quæ ex sacris Constitutiōibus,
ac Romanæ Ecclesie consuetudine peragenda erant, quarto
Iulij Martij Pontificatus sui anno secundio, in facro sancta Prin-
cipis Apostolorum Bâsilica cum eisdem Cardinalibus, nec nō
Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis Romanæ Curiae Præ-
latis, officialibus, & familiaribus suis, Clerico seculari, & regu-
lari, maximiq; populi frēquentia, conuenit. Vbi, repetis pro
Canonizationis decreto, nomine eiusdem charissimi in Chri-
sto filij nostri Philippi Hispaniarum Régis Catholici à dilecto
filio nostro, tunc suo, Ludouico tituli Sancte Marie Transpô-
tinæ, Cardinali Ludouisi huncupato; eiusdem tecuadum car-
nem nepote: per Iulium Zambecarium Aduccatunt prædictū
petitionibus, de cantatis sacris precibus, ac Litanij, & Spiriti-
tus Sancti gratia humiliter implorata; ad honorem Sanctissi-
mæ, & Individuæ Trinitatis, ac Eidei Catholice exaltationem

auctoritate omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, ac sua, de eorundem S.R.E. Cardinalium Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, in Romana Curia praesentiū concilio, ac vnaimi cōfēta gloriōsae me: Franciscum Xauerium, de cuius vita sanctitate, fidei saceritate, ac miraculorum magnitudine, & frequētia plene constabat; Sanctum esse definitiū, & in Sanctorum Confessorum catalogo adscribendum esse decreuit, & adscriptis, illumq; ab vniuersis Christi fidelibus tanquam vere Sanctū honorari, ac venerari mandauit, ac ut ab vniuersali Ecclesia in eius honorem Ecclesię, & altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, ædificari, & consecrari, & singulis annis die secunda Decembris, qua ad cœlestem gloriam vocatus est, eius officiū, ut de sancto Confessore, ad prescriptum Romani Breuiarij celebrari posset, statuit: eademq; auctoritate oīnibus Christi fidelibus verò penitentibus, & confessis, qui singulis annis eodem festo die ad sepulchrum, in quo corpus eius requiescit, vivificant accederent vnum annum, & vnam quadragenam ijs verò qui in eiusdem festi octaua, quadraginta dies de iniunctis penitentij misericorditer in Domino relaxauit.

Postremo, gratijs Deo cum exultatione actis, quod Sanctum suum in conspectu omnium gentium honorificasset, ac tam insigni splendore Ecclesiam suam decorasset, cantata in sancti Francisci honorem solemnī Sanctorum Confessorum oratione, ad altare Principis Apostolorum Missam celebravit, cum eiusdem Sancti Confessoris commemoratione: omnibusque Christi fidelibus presentibus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam clargitus est. Ne autem de definitione, decreto, adscriptione, mandato, statuto, relaxatione, alijsque præmissis, pro eo, quod super illis ipsius Gregorii prædecessoris literis, eius superueniente obitu, confectæ non fuerint, valeat quo in nobiliter habitarū Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod definitio, decretum, adscriptio, statutum, relaxatio, imparitio, aliaq; præmissa à dicta die quarto Idus Martij, suum debitum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius

insus Gregorii predecessoris literæ sub data eiusdem die i conservatae fui sent, prout superius enarratur, quodque praesentes literæ ad probandum plenè definitionē, decretū, adscriptiōnē, aggregationem, statutum, relaxationem, & alia p̄missa vbi sufficiat, nec ad id probationis alterius adminiculū requiratur.

Cæterum, quia difficile foret praetentes nos iras literas ad singula loca, vbi opus esset, deferrī, volumus, ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarij, subscriptis, & sigilla alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem vbiq; si te habeatur; que ipsi presentibus adhibeuntur, si sent exhibite, vel ostendit. Nulli ergo omnino hominū licet hanc paginam nostrorum decreti, & voluntatum infringere, vel ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attinet præsumpsit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Domini millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, octavo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno primo..

Ego Urbanus Catholica Ecclesia Episcopus.



- ✚ Ego Iulius tt. S. Maria supra
 Minerua, presb. Card. Roma.
 ✚ Ego Fr. Desiderius, tt. S. Cle-
 mentis, presb. Card. de Cremona
 ✚ Ego M. tt. SS. Quirici, & Iu-
 stiti presb. Card. Lanctis.
 ✚ Ego P. tt. SS. Nerei, & Achri-
 los presb. Card. Crescentius.
 ✚ Ego A. tt. S. Petrus in Vincis.
 la presb. Card. Capponius.
 ✚ Ego G. tt. S. Crucis in Hieru-
 ale presb. Card. Borgia.
 ✚ Ego Cosmus tit. S. Panatry
 S.R.E. presb. Card. de Torres
 ✚ Ego Tiberius tt. S. Prisca
 presb. Card. Mutus.
 ✚ Ego R. tt. S. Alexij presb.
 Card. Velardinus.
 ✚ Ego Iulius tt. S. Sabina presb.
 Card. Sabelius.
 ✚ Ego Hippolytus tt. S. Marie
 Noue, Diacon. Aldobran-
 dinus S.R.E. Camerarius.
 ✚ Ego Guido S. Maria de Popa-
 le presb. Card. Bentivolus.
 ✚ Ego A. S. R. E. Diaconus Car-
 dinatus dela Cucia.
 ✚ Visa de Curia A. Hurandus G. Montanus loco plumbi
 Registrata in Secretaria Breuium.